



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

§. Quartus. Summarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

- (43) *Incorrecta remaneant.* Contra id quod Reipub. interest, ne crimina remaneant impunita, l. ita vulneratus ff. ad l. aquil. l. si longius §. i. ff. de judic. l. per omnes C. de defen. crim.
- (44) *Sen illi, ad quos spectant illa punire, negligunt,* de dictione seu notatur, infra Scholio 116. Culpam facientis habet, qui quod potest, negligit emendare. Error enim cui non resistitur approbatur, Paul. Lancel. in fin. Canon. libr. 1. de vita & honest. Pralat. §. praeterea cavendum ubi & gloss. tex. can. Siis 24. q. 3.

§. QUARTUS.

SUMMARIUM.

1. D. Bernardi Encomium summi Pontificis.
2. Reip. interest crimina ne maneant impunita.
3. Praelati dicuntur medici spirituales.
4. Correctio Exemptorum penes quos sit.
5. Energia auctoritatis confessum.
6. Quid si Regulares extra eorum claustra delinquant.
7. Quid si Regulares intra claustra delinquant.
8. Ordinarius incarcerans Regularem Exemptum excommunicatur.
9. Scire qua dicamur.
10. Ordinarius an presumatur scire crimine commissum.
11. Qualis ignorantia excuset ordinarium.
12. Dicitur ita quid denotet.
13. Qualis debeat esse correctio.
14. Misericordia severitate & severitas est misericordia temperanda.
15. Quid si puniitio non fuerit congrua.

(45) **N**Os volentes (46) ne ex eo praetextu delicta remaneant impunita (47) morbo ejusmodi necessariam adhibere medelam (48) sacro approbante Concilio (49) Statuimus (50) ut de cetero (51) illi, quibus Exemptorum correctio & puniitio à dicta sede demandata est (52) circa illam vigilantèr intendant (53) & diligenter officii sibi commissi debitum exequantur, (54) & quamprimum eis Exemptos ipsos deliquisse (55) legitime constiterit (56) ita eosdem Exemptos delinquentes puniant (57) quod iidem Exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentiis (58) & alii eorum Exempto perterriti profilire ad similia merito perhorrescant.

SCHOLIUM.

SCHOLIUM.

(45) **N**os volentes, Sarta sanctaque debet esse omnibus orthodoxis summi Pontificis voluntas, eaque pro lege habenda, §. quod Principi institui. de iure naturali gent. & civili, de quo insigne illud extat Divi Bernardi Encomium lib. 2. de Consideratione ad Eugenium. Age, indagemus adhuc diligentius, quis sis, quam geras personam in Ecclesia DEI. Quis es? SACERDOS MAGNUS, TU PRINCEPS EPISCOPORUM, TU HÆRES APOSTOLORUM, TU PRIMATU ABEL, GUBERNATU NOE, PATRIARCHATU ABRAHAM, ORDINE MELCHISEDECH, DIGNITATE AARON, AUTORITATE MOYSES, JUDICATU SAMUEL, POTESTATE PETRUS, UCTIONE CHRISTUS.

(46) *Ne ex eo proterius delicta remaneant impunita.* Reipub. enim interest ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. aquiliam l. locatio §. quod illicite ff. de pub. iud. ut qui virtutis amore à scelere abduci nequeunt formidine poenæ deterreantur, l. si quis §. pen. in fin. ff. de poenit. hinc Deuteron. cap. 19. sic scriptum est. Reddes illi sicut fratri suo facere cogitavit & auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant & talia facere nequaquam andeant. Item Deuteron. cap. 13. 19. 21. Lapidibus obrutus necabitur, ut omnis Israel audiens timeat & ne faciat quicquam huic simile.*

(47) *Morbo eiusmodi necessariam adhibere medelam.* Pontifex medicus est Ecclesie universalis, *Joannes Durandus demodo celebrandi Concilii part. 1. tract. num. 60. ut & Prælati Ecclesiarum sibi subiectarum, can. inferiorum dist. 86. can. recedite dist. 45. can. non vos §. quæst. 5. can. quid faciet 23. quæst. 4.* ideo pro ratione morborum medelas adhibere & malo, quod ajunt, nodo malos cuneos adaptare debent, abscindereque etiam vulnera, quæ fomentum non recipiunt disciplinæ, *can. quia aliquanti in fin. dist. 32. can. in Canonibus 16. quæst. 1. in medicabile vulnus, Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur, inquit Poeta, Denique, sicuti medicus uno collirio omnibus oculorum morbis non medetur, sic Prælati non uno genere doctrinæ, sed diversimode spirituales suas medicinas solet adhibere, can. necesse dist. 29.*

(48) *Sacro approbante Concilio.* De facto hoc Concilio elegantissimum doctissimumque tractatum edidit Cardinalis Pareotus, in quo multa scitu sunt digna & notanda. Et quid operetur clausula, de nostrorum fratrum consilio in literis Papæ trahunt DD. *ca. ad Apostolica de re iud. in 6. & Clem. 1. §. Caterum de iure iur.* Quæ autem Pontifices, Episcopi, Princeps negotia ardua explicare possint non adhibito suo Concilio succinctim etiam tradit Andreas Alciatus, *l. pla-*

l. placet rationabilis consilii. C. de Sacrosanct. Eccles.

(49) Statuimus. Hic Pontifex legem stabilit, cujus virtus est imperare, verere, permittere, *l. legis virtus ff. de legibus*. Soletque Pontifex, utendo hoc verbo Statuimus, inducere jus novum, *gloss. cap. in litigantes de offic. ordin. 6. Navarr. de spoliis Clericorum §. 7. num. 2.*

(50) *De de cetero*, Quæritur hic posset, an lex aut constitutio Principis non tantum ad futura, sed etiam ad præterita extendatur? Quæ de re videtur potest Navarrus *Repet. cap. Si quando excepti. 21. numer. 3. & segg. de rescriptis fuisse*, id emendans.

(51) Illi quibus Exemptionum correctio & punitio à S. Sede demandata est, Exemptionum correctio & punitio spectat vel ad Prælatum eorum mediatum aut immediatum habentem in Exemptos jura quasi Episcopalia, de quibus tractavimus in tractatu nostro Exemptionum *lib. 1. quest. 17. & lib. 4. quest. 20.* vel ad capitula, de quibus etiam dicto tractatu *lib. 2. quest. 47.* quæ omnia pendent à privilegiis legitime concessis vel acquisitis præscriptione vel consuetudine, quæ de re etiam eodem tractatu, *lib. 1. §. 6.*

(52) Circa illam vigilanter intendant. Pontifex admonet Prælatos vigilantem diligentiamque in correctione subditorum, *Plaut. in Rud. vigilare decet hominem*, qui vult sua temporari consueve officia nam qui dormiunt libenter sine lucro & cum malo quiescunt. Et *ovid. lib. 1. de Ponto*,

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus

Ut capeant vitrum ni moveantur aqua

Es mihi si quis erit dicendi carminis usus

Deficit estque minor fastus inerte situ.

Quam autem graviter Prælati insumbere, debeant subditorum correctioni, notavimus superius *Scholio 32. & 4.*

(53) Et diligenter officii sibi debitum exequantur. Admonet Pontifex Prælatos, ut Provinciam quam nacti sunt sese accommodent, proque illius dignitate sese gerant, ac, ut in proverbio est ut sparram quam adepti sunt hanc adornent, de quo in chiliadibus Erasmus. *Chiliad. 2. cent. 5. Adagio 1. & infra Scholio 106. & 107.* dicitur. Sed an, ut officii debitum exequantur, possint sibi Officiales armatos assumere? vide *Felinum cap. significasti de officio deleg.*

(54) Et quamprimum eis Exemptos ipsos deliquisse. Dicitio quamprimum ut & confestim intelligi potest quam citius poterit. *l. 2. §. confestim ff. ad trebell.* adhibito aliquantulo temporis intervallo, *l. cum omnis l. quod dicimus ff. de solut. §. pro jure ubi gloss. verb. confestim in ff. de verb. oblig. v. Abbatem c. quia propter. nu. 17 de electione fol. 164.* ubi disquirat, quantum tempus hæc dictiones confestim, mox illico requirant, quando enim talis dicitio ponitur ad aliquid dandum vel faciendum

dum, requiritur pro implemento aliqua morula, *Albertus de Pergamo de prapo-*
suibus numer. 46. non vero præcipitata celeritas de qua infra *Scholio 100.*
 Quid autem de Regularibus Exemptis extra eorum claustra forte delinquenti-
 bus statuendum sit, formam præscribit Clemens VIII. interpretando Concilium
 Tridentin. sess. 25. cap. 14. de Regulari. per expressam illius constitutionem edi-
 tam anno 1596. Martii 18. quæ talis est. Suscepti numeris ratio postulat, ut ea,
 quæ in sacro Concilio Tridentin. proinde constituta sunt, ab iis, ad quos spectat,
 inuolate obseruari curemus. Maturò sanè consilio ipsius consilii Decreto provi-
 sum est, ut quicumque Regularis non subditus Episcopo intra claustra degens
 extra ea ita Notorie deliquerit, ut populo scandalo sit Episcopo instante à suo su-
 periore intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniatur & superior de
 punitione Episcopum certiozem faciat, sin minus ipse à suo item superiore officio
 priuetur, & delinquens ab Episcopo punire possit. Verum quia experientia com-
 pertum est interdum huiusmodi decreti remissione minus remisse procedi, cum enim
 Episcopus instat aliquem Regularem eo, quod supradictum est modo delinquen-
 tem à suo superiore puniri sæpe fit, ut superior Regularem delinquentem ad alia
 suorum ordinum loca extra Episcopi Diocesim ex industria impunitum transmit-
 rat, atque etiam ipse ad alias provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis
 excessibus inquitat, & de eius punitione Episcopum certiozem reddit. Unde nec
 Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius Diocesim
 existens, nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, Officio priuatur. Nos
 pro Pastoralis nostræ sollicitudine præfati decreti executioni, quantum cum Domino
 possumus favore & præmissis malis, ut par est, oportuno aliquo remedio occur-
 rere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti
 Concilii interpretum sententia motu proprio & ex certa scientia nostris, ac de
 Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione omni-
 bus & singulis cujuscunque ordinis & instituti Regularium etiam mendicantium,
 Superioribus in virtute S. Obedientiæ & sub indictionis nostræ ac privationis
 dignitarum & officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pænæ præci-
 pimus & mandamus, ut iuxta prædictum decretum quilibet ipsorum Regularem
 non subditum Episcopo intra claustra degentem & extra ea ita notorie delinquen-
 tem, ut populo scandalo sit Episcopo instante intra tempus ab Episcopo præfi-
 gendum seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiozem faciat, & alias de-
 cretum in ipsorum in omnibus & per omnia exequatur, Cæterum si superior in
 Regularem delinquentem non animaduerterit, quinimo si illum impunitum ad alia
 suorum ordinum loca extra Episcopi Diocesim, ut præferretur, transmiserit, volumus
 & simili auctoritate decernimus, ut superior instante Episcopo intra terminum ab
 Epi.

38
Episcopo præfigendum & sub eisdem indignationis nostræ ac privationis dignita-
tum & officiorum obtentorum, nec non & sub inhabitationis ab illa & alia impo-
sitæ & ulterius privationis activæ & passivæ vocis ad quas à nemine præ-
terquam à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit ipso
facto similiter incurrendis pœnis ipsum Regularem delinquentem à loco, ad quem
transmissus fuit, revocare, & in quod deliquit constituere seu sistere teneatur: quod
si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentem similiter statuimus, ut ordinarius
loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso ordi-
natio loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus,
ut præfertur tanquam sedis Apostolicæ delegatus prædictum Concilii Decretum
omnino exequi, & in Regularem delinquentem severe animadvertere possit, & de-
beat, decernentes sic & non aliter per quoscumque iudices & commissarios quavis
autoritate fungentes etiam ejusdem Roman. Ecclesiæ Cardinales & causarum
Apostolici auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & inter-
pretandi facultate & autoritate ubique judicari & definiti debere, irritum quoque
& inane quicquam secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel igno-
rante contigerit, attentari, non obstantibus &c. Datum ut supra.

Qua de re quædam etiam sed breviter scripsit Navarrus de Regularibus comment. 2.
num. 63, & seqq. ad explicationem dicti Concilii Trident. sess. 25. c. 14. de Reg. Quæ qui-
dem Concilii Trident. interpretatio Clementisque constitutio obtinet in casu, quo
Regularis intra claustra degens extra ea crimen committit, cæterum, si deserto
ordine & habitu delinquat haud dubie omittis solemnitatibus à Clemente requi-
sitis, poterit ab ordinario coerceri, ut plenius alibi dixi, lib. 2. quest. 45. numer. 33.
de jurisd. ordin. in Exempt. lib. 1. quest. 20. Imo non modo si deserto habitu extra
claustra delinquat omisso ante tacto ritu puniri ab ordinario poterit, sed et si serva-
to habitu delinquat, puniri poterit juxta Concilii Trident. dispositionem sess. 6. cap.
7. de reform. tanquam in hoc à S. Sede delegato. Quid vero si Monachi intra clau-
stra delinquant? Poterit & ordinarius corrigere, si superior Monachi delinquentis
in correctione negligentem se præbeat, uti fusius videre est apud Bertachium,
tract. de Episcopo lib. 4. part. 2. num. 80. & ex professo apud Navarrum, in comment.
de Regularibus, & Emanuele Roderiques tract. de Regularibus. Sed quæ pœna
fit ordinarii incarcerantis Regularem Exemptum? dubitari potest, paucis Respon-
deo excommunicationem, Paulus Fuscus Episcopus Sarnen. de visitat. lib. 2. cap. 20.
num. 20. Hieron. à Sorbo ad Alphonsum à Casaribus de privileg. Minorum. idque
cum non iudicis id facit, eo enim in casu incarcerans censetur ad instar privati.
Card. Clem. frequens in pr. nom. 1. vers. nota de excessib. Pralat. Secus ideo si in casibus
concessis id facit, Card. ibid. vers. seqq. Qua de re vide Bullam Clem. VIII. latam
anno

anno 1595. Pontificatus sui anno V. 7. Kalendis Martii, quæ refertur ab Alphonso à Cafarubios, de Privileg. Minorum in fine tractatus.

(55) *Legitime constituitur.* Vel ex notorietate delicti qua de re prosper Farinac. lib. 1. præf. Criminalis, vel fama præcedente, aut denuntiatione vel relatione fidedigna. Scire enim dicimur ea, quæ h. sc. aliisque modis in jure descriptis ad nostram perveniunt noticiam, uti notatum est supra Scholio 22. Nam & certificatus ab homine fide digno dicitur certo scire, ff. l. certum num. 8. ff. Si cert. peccatus 10
 An autem ordinarii præsumantur habuisse noticiam criminis commissi? videtur quod sic. Quia habent vel habere debent. Fiscales Abbas cap. sicut num. 2. de accusat. & in cap. ex parte de concess. præbend. Paul. Lancel. insti. Canon. lib. 1. de collation. §. Tempus in gloss. per v. notitia. Seu corycæros qui tanquam cybiritici canes, ut inquit Hadrianus Junius Adagiorum cent. 2. adagio 4. omnia odorent, interceptant, investigant, perferuntur ac deferant, cujusmodi Ardeliones si ordinarii non habeant est quod sibi imputent, cum paria sint habere vel habere debere, scire vel scire debere, DD. l. quod te ff. Si cert. peccatur crescentius dec. 10. num. 12. de dolo & contumacia. Ideoque Ordinarius prætextu ignorantie culpa vacare dicit non potest, cum ex ejusmodi circumstantiis prætextu scientie ejus & quidem non levis inducatur, Rom. cons. 481. Socin. in fallent. Reg. 176. Verum satius est & dicamus ordinarios ex præsumpta ignorantia criminum in occulto commissorum excusari. Ratio est quia difficultas facti obscuri excusat aliquem à præsumpta scientia. Soc. Reg. 175. fall. 4. crescent. d. dec. 10. num. 14. ut sunt omnia pene crimina clam & semotis abitis commissa, qui enim male facit odit lucem, inquit divina Scriptura rex. can. perniciosam 18. quæst. 2. Idque eo magis cum agitur de damno vitando & amissione exercitii jurisdictionis ratione negligentie, Quia tunc crassa ignorantia in propria facto etiam juris excusat, Barb. l. avunculo vers. venio ad secundam questionem ff. de cond. sine causa, & in l. fundum §. servus meus ff. pro emptore, Soc. d. Reg. 175. fall. 1. late Decius cons. 63. col. pen. crescent. d. dec. 10 numer. 15. 12

(56) *Ita eosdem Exemptos puniant.* Dicitur ita designat conditionem. l. Julia num. ubi gloss. ff. de cond. & dem. Hier. Grat. Conf. 126. num. 31. part. 2. Item designat modum, similitudinem & declarationem, Hier. Grat. conf. 9. num. 86. cons. 13. num. 5. part. 1. per lita tamen ff. ad Trebell. Itaque vult Pontifex Exemptos pro ratione & modo delicti ita puniri, ut alii penarum timore terreatur, ac, ut juxta mensuram delicti, sit & plagarum modus, Can. non offerant 24. quæst. 1. & Deut. cap. 16. Navarr. 14
 cons. 8. num. 5. de verb. sig. Cum levitate tamen severitas miscenda est. Nam misericordie multum demitur, si severitate omnino sit destituta, ideo in esse debet juxta consulens misericordia, & pie seviens disciplina rigore benignitatem man-

mansuetudinis. Nec rursus in mansuetudine distinctionem deserens discipline quodque severius castigare necesse est, non sapientis plectatur animo, sed mendicantis, *Can. prodest* 23. *quæst. 1. can. odio. dist. 86.* Paulus Lancelot. *instit. Canon. lib. 1. de vita & honest. pralatorum §. Præerea.* Qua de re latius scripsit Joannes à Chokier Frater meus in suis Politicis Aphorismis *lib. 2. cap. 6.* Et ut inquit Horatius *lib. 1. Satyra 1.*

*Ponderibus modulisque suis ratio utitur, ac res
Ut quæque est ea supplicis delicta coerces,*

Et paulo post:

*Adsit
Regula peccatis qua pœnas irroget æquas
Nec seneca dignum horribili sceltare flagello.*

Quid ergo si punitio non fuerit congrua & correspondens enormitati criminis, an iterum poterit ab ordinario puniti? videtur quod non, quia de ejusdem hominis delicto sæpius quæri non debet, *l. si cui §. iisdem ff. de accusat.* neque enim Deus his iudicat in idipsum. *Lancel. instit. Canon. lib. 2. de sepult. §. ex his ubi gloss. Ab. cap. fin. de sepulturis, DD. cap. 1. de iudiciis.* & ut inquit Aristographus Papon. *lib. 19. in §. Arresto 10.* Accusæ punit trop legerement ne peut estre recherche pour estre punie legitiment ou congrue. Verum contrarium est respondendum Autoritate Julii Clari, *Recept. sent. §. fin. quæst. 57. num. 12. & 25.* idque signanter in criminibus enormioribus, imo etiam in aliis minus enormibus, ut alii pœnæ timore à peccando arceantur. Est enim hæc mens Pontificis, licet disertis verbis non expressa, mentem autem legislatoris esse verbis præferendam ostendit tam juris autoritatibus, quam Ciceronis Quintilianii & aliorum fulissimè Tiraquellus *In rep. l. si unquam verb. Libertus num. 40. & seqq. C. de Revoc. donat.* Sicut enim scire leges non est verba tenere, sed vim, mentem atque earum potestatem *l. scire leges ff. delegibus.* Ita neque constitutiones Papales intelligit, qui in verba earum juravit, mentem vero atque intentionem constituentis negligit, insuper finalis causa hujus constitutionis est tam apta punitio delictorum, quæ metu pœnæ alios à similibus criminum perpetracione avertat. *Barthol. in extravag. ad reprimendum vers. Ne ex eorum num. 13. & 14. l. fin. ff. de hered. instit. Lanfrancus tract. de interpret. statutorum num. 21.* Itaque cessante causa finali hujus constitutionis, quæ est congrua punitio, cessare etiam debet illius dispositio, *cap. Cum cessante de appell. l. adigere §. quamvis ff. de jur. patronat. præses loco, à cessante ratione.*

Denique in re scriptis & constitutionibus principum validum est argumentum à contrario sensu, de quo etiam abunde præses Everardi, debent itaque exemptorum Prælati ita punire Exemptos, ut alii similia committere perhorrescant, ut habet proemium hujus constitutionis, à quo causa finalis semper hauriri *lola. d. l. fin. Lanfr. d. num. 21.* si ergo ita puniant intentioni & causæ finali satis fecillè

facile dici non possunt, & ideo male suo officio negligenterque functi dicendi sunt, postremo est etiam hæc sententia ex mente Concilii Tridentini, *sess. 13. cap. 5. incip. Et quoniam de reformat.* Statuentis, quod si quisquam criminolus per surreptionem vel obreptionem fictis vel etiam probabilibus ex causis absolutionem à publico aliquo crimine vel etiam delicto remissionem obtineat, poterit Episcopus non oblitante ejusmodi gratia, pro ut delicti qualitas expostulabit, statuere atque animadvertere.

(17) *Quod idem Exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentis.* Rectè intendit Pontifex, ut Exempti metu pœnæ à peccandi occasione arceantur, nulla enim ratione efficacius arceri possit, quam talione & supplicii similitudine. Res est impetiosa timor inquit Martialis *lib. vi. Epigr. sequentibus distinctis:*

*Quod si me tonsor cum strigilla novacula supra est
Tunc libertatem divitiisque roget*

*Premittam? Nec enim rogat illo tempore tonsor
Latus rogat: Res est imperiosa timor.*

(18) *Et alii eorum Exemplo perterriti prosilire ad similia merito perhorrescant.* Ut alieno malo doceantur, periculumque ex aliis faciant ipsis quod ex usa fiat, inquit Terentius & galafius Pontifex censuit pœnas esse exacerbandas & augendas, ut ceteri à scelere ultionis istius terrore revocentur. *text. c. Præter 17. quæst. 4. l. aut facta §. fin. ff. de penis. Navar. de Regular. Comment. 4. numer. 52.* Punitio enim fontium alios à peccando revocant, rectè Juvenalis Satyra 8.

*Respice quid moveant leges, quid curia mandet
Proemia quanta bonos manet quam fulmine iusto
Et capio & tutor ruerint damnante senatu
Pirata cilecum.*

Et illud Calixtæ Papæ:

Iustum est, ut qui divina contemnunt mandata, severioribus cortigantur vindictis. Quatenus ceteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant severitatis atque bonitatis Exemplum, *ca. istum est 23. quæst. 3.*

§. QUINTUS.
SUMMARIUM.

1. Negligentes qui dicantur.
2. Dissoluti quis dicatur.

3. Ordinarii qui dicantur.
4. Citatio personalis quando necessaria.
5. Dissoluti